

M. D. ET PROF. PVBL. ORDIN.
DISQVISITIO
DE
MECHANISMI
ET
ORGANISMI
DIVERSITATE.

QVA MONSTRATVR
Quod peculiaria Genera Physicarum rerum
quæ & species numerosas, & indiuidua numerosissima, quin
innumera, complectuntur & præ reliquis rebus Naturalibus, ad
fiendum, transeundum, redeundum, aptæ, imo natæ,
sunt, non simplicem

MECHANICAM

Sed vere

ORGANICAM


A PRIORI ET A POSTERIORI
RATIONEM, DESTINATIONEM, ET APPLICATIONEM
HABEANT :

ADEOQVE TALIA, QVALIA SVNT, NON SOLVM,
VT PROPTER FINEM,
FIANT,

SED ETIAM OMNINO
FIERI DEBEANT.

HALAE, SYMPTIBVS & IMPENSIS ORPHANOTROPHEI M DCCVI.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak

Gray Scale



<http://diglib.hab.de/drucke/>

ma-153-1-4

/start.htm

ARGUMENTVM.

Humana mens scire volens, & sciendo & volendo motum perpetuum agi-
tans; Et intentione, & ipso successu, tanquam finem suum, assequitur
cognitionem corporearum rerum, earumque affectionum. Agnoscit, digno-
scit, distincte definit, & tandem eligit res corporeas: unde respectus iucundi
aut aduersi. Iucundum non a sola sorte cupiditate cognoscendi pendere, mon-
strat oppositus respectus, iniucundi siue aduersi. Verius tribui potest τὸ iucun-
dum, utilitati ad nostrum corpus. Cupit tamen communiter etiam has res in-
timius perspicere: Sed vix ultra generalem conceptum affectionum quantitatis
ascendit; a quibus tamen nullus est nexus ad illos respectus Voluntatis, iucun-
di aut aduersi. Res quæ fieri debent, uti finem certum, ita etiam media certa
præsupponunt. Parum adhuc ad fines hos, & respectus instrumentales, vulgo
aduertitur animus. Videntur antiquissimi peculiarem in physicis conceptum
fouisse, sub allegatione Casus & Fati. Ego puto, distinguere ita voluisse veteres
genera rerum physicarum, secundum summos illos respectus, quatenus aliæ sine
evidente necessitate finali, fiunt; Aliæ vero contra, omnino sub tali respectu.
Aggregatio simplex, quin etiam mixtio atque resolutio, rerum inanimatarum,
hoc sensu Casu fieri apparent. (Abstrahendo a prima uniuersi coagmentatio-
ne: sed etiam a stolidis circa illam Epicuræis somniis &c.) Hæc non confun-
denda sunt, cum iis physicis rebus, quæ contrario modo, propter fines, & con-
uenienter ad illos fines, physicis actibus coordinantur. Hoc enim maxime mo-
do, & talium vnice specierum, fiunt, & innumera, & solennes, productio-
nes & resolutiones. Mechanismi & Organismi, tam indoles a priori, quam
usus, eiusque solennis veritas, a posteriori, plurimum distingui debent. Mul-
tus hodie de Mechanismo, sed sere confusus atque intricatus, sermo; Nisus
recentiorum, Appetitus Naturalis antiquorum, est. Confunditur autem a
recentibus, nisus, uti proprius, cum nisu socio, imo ad societatem: Quin in-
epte vel præteritur, vel negatur, posterior: aut nihilo certe aptius, absolute
voluntati Diuinæ, directe & immediate, tribuitur. Certe vero in rerum ani-
matarum generibus, socios concursus, ad specialissimas congregationes fieri ma-
nifestum est. Perpendendum recte, quid sit instrumentum, & ubi necessa-
rio sit. Omne physicum organum habet constitutionem mechanicam, materi-
aliter: Formale vero eius, destinatio & applicatio ad certos fines, diuersissi-
mum quiddam est. Exempla huius rei adferuntur. Vera organa, habent et-
iam mechanicæ rationis destinatam proportionem. Inquirendum est in rerum
fines; Quicunque præsertim velut in medio positi sunt: Inprimis autem ma-
nifestius instrumentales. Respicienda hic simplex rerum historia; & genius
vere

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak

Gray Scale




<http://diglib.hab.de/drucke/>


ma-153-1-4

/start.htm

vere instrumentalis, in quibus rebus præsto sit, Vbi mox comparebunt, numero-
rosa & magna prorsus, classes huius indolis, rerum in hoc uniuerso. Haben-
da hic in potestate Ratio, λόγος & λογισμός. Nihil agnoscere hæc potest, ni-
si sub aggregatione: Neque rebus agnitis atque cognitis, desiderio insistere, ni-
si ministerio prægresso sensuum, ut organorum. Interim, quantum de Anima
physice notum sit, etiam nihil aliud, quam hoc proprie, potest: Dum itaque
hoc, quicquid anima per illa organa præstat, illud totum est, quod non solum
potest, sed etiam debet, præstare: manifestum hinc est, quod hæc organa etiam
ita a priori, directe, imo simpliciter atque pure, sint propter Animam. Et sicut
hac ratione satis patet, quod tales species physice dentur, quæ propter motus ex-
ercendos, varios, inquam, & varie exercendos, motus, existant: Ita indi-
dem etiam dilucescit, quod talia organa, vere, inquam, ad hos fines & usus
destinata, re vera dentur. Absona certe dicunt, qui organismum negantes,
& mechanismum sub contradistinctione urgentes, tamen Voluntatem Diuinam,
velut immediate causam horum actuum faciunt: Nam etiam ita corpora ista
omnino organa futura essent. Humanum certe corpus in se consideratum, sine
respectu ad animam, nullum absolute habet usum; imo re vera, abstrahendo
ab animæ necessitudinibus, nullum penitus proprium Actum: adeoque abstra-
hendo ab anima, absolute & simpliciter frustra & iners existeret. Contra, a-
nima non potest ita, uti physice se gerit, existere, nisi habeat corpus. Porro,
corpus in se spectatum, absolute non potest diu subsistere: Anima vero absolute
tempore indiget, tum ad actiones suas directas præstandas; tum respectiue,
ad easdem exercendas, excolendas & in numerosa obiecta diffundendas. Iam
corpus obtinet illam, a se alienam, sed animæ vsui necessariam, durationem:
& obtinet hanc per incorpoream ἐνέργειαν, nempe Motum simpliciter. Adeo-
que satis hinc elucet, quod corpus non modo debeat existere, sed etiam subsistere,
propter animam; eiusque organum simpliciter, sine ullo alio, existendi, aut
subsistendi, scopo, constituere. Cum etiam omnes actiones animalis corporis,
sint Motus, tam in genere, quam varie directi in specie: quadrant hi etiam a-
ctus, velut immediate & absolute, longe magis ad ipsius animæ, quam corporis
indolem; quod a priori & posteriori, multa argumenta & documenta probant.
Repetitur alio schemate consideratio illa: an anima simpliciter existere debeat,
& corpus propter ipsam? an vero contra, primario corpus existere debeat, &
anima saltem secundario propter ipsum? Siftuntur hic fabulæ recentiores, pro
posteriore hypothese ornanda; primo ut in thesi: deinde ut in hypothese mon-
stratur, quod nullo dolo, sed in se, ridiculæ sint applicationes. Siftitur argu-
mentum communi consensu subnixum, quod anima motus dirigere possit: Ca-
uendo, ne directionis vox nimis Metaphysice capiatur. Statuitur potius & ite-




rum firmatur altera sententia, quod anima, simpliciter per se, & propter se, esse debeat: adeoque ipsi etiam debeantur sua organa: eorumque conseruatio; cuius intuitu prima & simplices, iucundi & aduersi perceptiones seu acceptiones, formantur. Iterum de energia animæ ad vniuersam actuationem corporis, argumenta prolixius statuminantur. Adhibetur etiam exemplum efficaciæ animæ, in formationem corporis: & συζυγία appetitus & auersionis congenitæ; manifesto immediate & simpliciter a fictionibus animæ pendentium: Vt & alia multiplices patheticæ, animæ in corporeas actiones energiæ. Triuiale argumentum, quod anima hæc non agat, quia illorum non sit conscia, euertitur eo, quod neque indubiarum sui actionum sit absolute conscia. Vfus huius rei Medicus, comprehendit præcipue veram notitiam VITAE, & quidem organismi veri eiusdem: Notatur malignitas, veritatem rei ipsius, hæctenus neglectam, arripientium, sed ambitiose dissimulando temerantium: Vt & confusi conceptus, de Irritatione simpliciter mechanica. Fluctuationibus hisce, opponuntur hæctenus deductæ rationes atque demonstrationes: quarum vsus tam in vera Physiologia, atque Pathologia, quam Methodo Medendi vere rationali, indicantur: Reprobantur autem contrariæ, falsæ. Præcipuum horum defectuum aut vsuum specimen, in vera pathologia & therapia FEBRIVM; quamuis etiam reliquæ totius medicinæ verum fundamentum sint. Repetuntur breuissimis, pro conclusione totius, Themata totius tractationis, quod Corpora (animata) sint simpliciter & directè, a priori & posteriori, absoluta animarum organa.



Huma-

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



Kodak

Gray Scale



<http://diglib.hab.de/drucke/>

ma-153-1-4

/start.htm